



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 52. Wolfgangi Ducis edictum de non turbandis in Religione subditis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

in rem Provinciæ comitia indixerat, in Sæc. XVII. A. C. 1614.  
 quibus Religionis causam potenter agens, cunctos ad exempli sui imitationem hortabatur, nonnullos vero, quos sectæ suæ fanatico abreptos ad seditionem pronos experiebatur, aula exactos Officiis etiam suis amovebat, ejus vero Matri, quæ vehementer commota erat, plus Deo quam Parentibus obtemperandum respondens, suæ sectæ libertatem in aliquo arcis coenaculo exercendam reliquit, ille autem ad arcem Hochstadianam discessit, Fratrum vero alter Solisbacum, alter Hilpoltsteinium, ditionem, testamento Patris eidem designatam contendit.

## §. LII.

*Wolfgangi Ducis edictum de non turbandis in Religione subditis.*

Cum Wolfgangus Dux insperatam hanc Merc. Gall. tom. 10. l. 2.  
 Religionis mutationem suis non modo Aulicis, ac Consiliariis, sed & Regionum istarum incolis Lutheranae sectæ addictis haud gratam fore, probe cognosceret, ut turbas inde orituras præverteret, suosque subditos præcipue Juliaceses in Officio contineret, edictum de non turbandis in Religione subditis die decima quarta Junii promulgabat, hujus tenoris: „Non modo  
Hist. Eccles. Tom. LV. X ad

Sæc. XVII. „ad me delatum fuit, sed ipſus etiam  
 A. C. 1614. „animadverti, quod nonnulli ex meis  
 „Conſiliariis, Præfectis & Miniſtris, a-  
 „liisque ſubditis ob Chriſtianam meam  
 „conversionem & publicam fidei profel-  
 „ſionem, tranſitumque ad veterem Ro-  
 „manam Eccleſiam valde perturbati, ac  
 „ſolliciti ſint, quaſi ob cognitam per-  
 „ſpectamque Religionum differentiam,  
 „eos in uſu Religionis ſuæ minime con-  
 „ſervaturus, ſed conſcientiis vim illa-  
 „turus, atque ad alterius Religionis  
 „confeſſionem amplectendam adacturus  
 „ſim: cum igitur magna inde alterca-  
 „tio, fidelitatis, atque obſequii mihi  
 „debiti mutatio, potiffimum periculo-  
 „ſis temporibus fieri facile poſſet, mihi  
 „vero tale quid in mentem nunquam  
 „venerit, teſtatum facio publicis hiſce  
 „literis, quod a pactis, mutuiſque ob-  
 „ligationibus, non modo non diſcedere,  
 „ſed illis etiam, qui inde diſceſſerint,  
 „omnibus viribus repugnare, quæ con-  
 „tra attentata ſunt, hætenus, abroga-  
 „re, measque actiones ad Divini No-  
 „minis gloriam, patriæ ſalutem, & ju-  
 „ſtitix omnibus ex æquo, ſineque ullo  
 „Religionis reſpectu adminiſtrandæ con-  
 „ſervationem dirigere decreverim. Spe-  
 „ro autem, omnes in fide & obedientia  
 „mihi debita conſtanter permanſuros,  
 „hos vero, qui contrarium facturi, &  
 „ab

„ab obsequio fideque debita defecturi Sæc. XVII.  
 „sint, beneficiis & privilegiis vel ab A. C. 1614.  
 „Antecessoribus meis acceptis velaqui-  
 „fitis haud quaquam amplius fruituros. „

Quoniam vero prudentissimus Princeps  
 frequenti experientia compertum habe-  
 bat, quod subditos a sua Religione a-  
 lienos, Ministellis identidem seditionis  
 flammis sufflantibus, in officio haud  
 diu continere posset, hinc iis abactis  
 Parochias a Sacerdotibus Catholicis ad-  
 ministrari iussit, prævalente ejus con-  
 stantia Provincialium oppositioni ac  
 contumaciæ.

Sub idem tempus, Brandeburgi-  
 cus Princeps, qui pariter eliminato Lu-  
 thero Calvinii sectam in Juliacensi Du-  
 catu introducere decreverat, promul-  
 gato edicto quemlibet in sua Religione  
 conservaturum pollicebatur.

§. LIII.

*Wolfgangi Principis fundamenta pro  
 amplectenda Religione Catholica.*

Tam fervida ac sincera Neoburgici *Rehling*  
 Ducis conversio non modo ingen- *Mur. Civit.*  
 tem admirationem, sed & iniquam in- *Sand. p. 3.*  
 dignationem, ac fallacem suspicionem  
 in Calvinistarum ac præcipue Luthera-  
 norum animis pepererat: Unde ex il-  
 lis nonnulli temeritate haud toleranda  
 scri-